UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theodōritu Episkopu Kyru Kai Eyagriu Scholastiku Ekklēsiastikē Istoria, Eklogai Apo Tōn Istoriōn Philostorgiu Kai Theodōru

Theodoretus <Cyrrhensis>

Mogvntiae, 1679

VI. De Imperio Valentiniani, & quomodo Valentem fratrem sibi Collegam adscivit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14162

Visual Library

dolore iis relicto qui regalem illam manſuetudinem deguſtaverant. Ego vero exiſtimo, ſupremum omnium moderatorem Deum dum improbitatem noſtram coarguit, & oſtendere nobis bona, & ea rurſus eripere: ac per illud quidem docere, quàm facile ſit ipſi præbere quæcunque voluerit: per hoc vero, arguere nos ut indignos, & ad meliorem vitam impellere.

Cap. VI.

De Imperio Valentiniani, & quomodo Valentem fratrem ſibi collegam adſcivit.

Tunc vero milites, repentina Imperatoris morte cognita, eum quidem non ſecus ac patrem luxerunt: Imperatorem vero renuntiarunt Valentinianum, eum qui paulo antè æditituum percuſſerat & in caſtellum fuerat relegatus: virum non fortitudine ſolum, ſed etiam prudentia, temperantia ac juſtitia, & corporis proceritate conſpicuum. Porro tam excelſo & regio fuit animo, ut cùm exercitus conſortem Imperii adjungere ei conaretur, memorabile illud & ab omnibus decantatum reſponſum dederit: Veſtrûm fuit commilitones, cùm nullus eſſet Imperator, Imperii habenas mihi committere. Nunc vero cùm Imperium ſuſceperim, mei deinceps officii eſt, non veſtri, reipublicæ curam gerere. Quam ejus orationem admirati amplexique milites, ejus nutum ac voluntatem poſthæc ſecuti ſunt. Ille vero accitum ex Pannonia fratrem conſortem Imperii, quod utinam non feciſſet, ſibi adjunxit, nondum hæretica pravitate corruptum. Et Aſiam quidem atque Ægyptum ei regendam commiſit: ſibi vero Europæ partes reſervavit. Cumque in Occidentem veniſſet, cunctas illas provincias juſtitiæ præceptis inſtituit, à pietatis prædicatione exorſus. Nam cùm Auxentius Mediolanenſis Epiſcopus, qui Ariana labe infectus, multis in conciliis eo nomine damnatus fuerat, per idem tempus abiiſſet è vita, Imperator acceſitis Epiſcopis ita locutus eſt. Noſtis utique, utpote Divinis litteris innutriti, qualem oporteat eſſe eum cui honor ſacerdotii defertur: quodq; non doctrina ſolum, ſed etiam vita ſubditos informare debeat, ſeque illis velut exemplar omnium virtutum propone-

A μετὰ μεγίστων καὶ καλλίστων ἐφοδίων ἀπάρας τῶν δὲ τῆς βασιλικῆς ἐκείνης ἡμερότητος γευσαμένους, ἐν ὀδύνῃ καταλιπών. οἶμαι δὲ τὸν τῶν ὅλων πρύτανιν, τὴν ἡμετέραν διελέγχοντα πονηρίαν, καὶ δεικνύναι ἡμῖν τὰ ἀγαθὰ, καὶ τούτων ἡμᾶς πάλιν γυμνοῦν· καὶ δι᾽ ἐκείνου μὲν διδάσκειν ὡς μάλα εὐπετῶς παρέχειν ἃ βούλεται δύναται· διὰ δὲ τούτου καὶ διελέγχειν ὡς οὐκ ἀξίους τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐπὶ τὸν ἀμείνω βίον προτρέπειν.

Κεφ. ϛʹ.

Περὶ τῆς Οὐαλεντινιανοῦ βασιλείας, καὶ ὅπως Οὐάλεντα τὸν ἀδελφὸν κοινωνὸν ἐποιήσατο.

B Τότε μέντοι τὴν ἀθρόαν τελευτὴν τοῦ βασιλέως οἱ στρατιῶται μεμαθηκότες, ἐθρήνησαν μὲν ὡς πατέρα τὸν ἀπελθόντα. Οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐκεῖνον, τὸν τῇ χειρὶ τὸν νεωκόρον πατάξαντα, καὶ εἰς τὸ φρούριον ἐκπεμφθέντα, βασιλέα προὐβάλοντο, οὐκ ἀνδρείᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ φρονήσει καὶ σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καὶ μεγέθει σώματος διαπρέποντα. οὕτω δὲ ἦν βασιλικός τε καὶ μεγαλόφρων, ὥστε τῆς στρατιᾶς πειραθείσης κοινωνὸν αὐτῷ προβαλέσθαι τῆς βασιλείας, ἐκεῖνο φάναι τὸ παρὰ πάντων ᾀδόC μενον. ὑμέτερον ἦν ὦ στρατιῶται, βασιλέως οὐκ ὄντος, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας. ἐπειδὴ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν οὐχ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων. τούσδε τοὺς λόγους καὶ θαυμάσαντες καὶ στέρξαντες οἱ στρατιῶται, εἵποντο τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἰθυνόμενοι. ὁ δὲ τὸν ἀδελφὸν ἐκ Παιονίας μεταπεμψάμενος, ὡς οὐκ ὤφελε, κοινωνὸν ποιεῖται τῆς βασιλείας, οὐδέπω τὴν τῶν δογμάτων διαφθορὰν εἰσδεξάμενον. καὶ τῆς Ἀσίας αὐτῷ παραδοὺς τὰ σκῆπτρα, καὶ μέντοι καὶ τῆς Αἰγύπτου, ἑαυτῷ τὴν Εὐρώπην ἀπένειμε. καὶ τὴν D ἑσπέραν καταλαβὼν, πᾶσαν αὐτὴν ἐξεπαίδευσεν εὐνομίαν, ἀπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας κηρυγμάτων ἀρξάμενος· Αὐξεντίου γὰρ ὃς τὴν Ἀρείου μὲν εἰσεδέξατο λώβην, Μεδιολάνου δὲ τὴν ἐκκλησίαν ἐπετέτραπτο, ἐν πλείσταις ἀποκηρυχθεὶς συνόδοις, τὸν βίον ὑπεξελθόντος, μεταπεμψάμενος τοὺς ἐπισκόπους ὁ βασιλεὺς, τοιοῖσδε πρὸς αὐτοὺς ἐχρήσατο λόγοις. ἴστε σαφῶς, ἅτε δὴ τοῖς θείοις λόγοις ἐντεθραμμένοι, ὁποῖον εἶναι προσήκει τὸν ἀρχιερωσύνης ἠξιωμένον· καὶ ὡς οὐ χρὴ λόγῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ βίῳ τοὺς ἀρχομένους ῥυθμίζειν, καὶ πάσης ἀρε-

τῆς ἑαυτῶν ἀρχέτυπον προθεία, καὶ μάρτυρα ἔχειν τῆς διδασκαλίας τὴν πολιτείαν. τοιοῦτον δὴ οὖν καὶ νῦν τοῖς ἀρχιερατικοῖς ἐγκαθιδρύσατε θώκοις, ὅπως καὶ ἡμεῖς οἱ τὴν βασιλείαν ἰθύνοντες, εἰλικρινῶς αὐτῷ τὰς ἡμετέρας ὑποκλίνωμεν κεφαλάς, καὶ τοὺς παρ' ἐκείνου γινομένους ἐλέγχους· ἀνθρώπους γὰρ ὄντας καὶ προσπταίειν ἀνάγκη· ὡς ἰατρικὴν ἀσπασώμεθα θεραπείαν.

A re, & bonam converſationem doctrinæ ſuæ teſtem habere. Ejusmodi igitur virum in Pontificali cathedra nunc collocate, ut nos quoque qui Imperium adminiſtramus, ſincere atque ex animo caput ei ſubmittamus: ejusque reprehenſiones, tanquam ſalutarem medicinam ſuſcipiamus: homines enim cùm ſimus, ſæpius labamur neceſſe eſt.

Κεφ. ζ.

Περὶ τῆς ἀμβροσίου τοῦ ἐπισκόπου μεδιολάνων χειροτονίας.

ΤΑῦτα τοῦ βασιλέως εἰρηκότος, αὐτὸν ἡ σύνοδος ἠξίου ψηφίσασθαι, σοφόν τε ὄντα καὶ εὐσεβείᾳ κοσμούμενον. ὁ δὲ ἔφη, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς τὸ ἐγχείρημα· ὑμεῖς γὰρ τῆς θείας ἠξιωμένοι χάριτος, καὶ τὴν αἴγλην ἐκείνην εἰσδεξάμενοι, ἄμεινον ψηφιεῖσθε. οὗτοι μὲν οὖν ἐξελθόντες, καθ' ἑαυτοὺς ἐβουλεύοντο. οἱ δὲ τὴν πόλιν ἐκείνην οἰκοῦντες ἐστασίαζον, οἱ μὲν τοῦτον, οἱ δὲ ἐκεῖνον προβληθῆναι φιλονεικοῦντες· οἱ μὲν γὰρ τῆς αὐξεντίου νόσου μετειληχότες, τοὺς ὁμόφρονας ἐψηφίσαντο. οἱ δὲ τῆς ὑγιαινούσης μοίρας, ὁμογνώμονα πάλιν ἐζήτουν ἔχειν ἡγούμενον. ταύτην ἀμβρόσιος, ὁ τοῦ ἔθνους τὴν πολιτικὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένος, τὴν στάσιν μαθών, καὶ δείσας μή τι νεώτερον γένηται, τὴν ἐκκλησίαν σὺν τάχει κατέλαβεν. οἱ δὲ τῆς διαμάχης ἐκείνης παυσάμενοι, κοινὴν ἀφῆκαν φωνήν, ἀμβρόσιον σφίσιν ἐξαιτοῦντες προβληθῆναι ποιμένα. ἔτι δὲ οὗτος ἀμύητος ἦν. Ταῦτα μαθὼν ὁ βασιλεύς, προσέταξε παραυτίκα καὶ μυηθῆναι καὶ χειροτονηθῆναι τὸν ἀξιέπαινον ἄνδρα· ᾔδει γὰρ αὐτοῦ πάσης μὲν σταθμῆς εὐθυτέραν οὖσαν τὴν γνώμην, παντὸς δὲ κανόνος ἀκριβεστέρας τὰς ψήφους. ὑπέλαβε δὲ καὶ θείαν εἶναι τὴν ψῆφον, ἐκ τῆς τῶν τἀναντία φρονούντων τεκμαιρόμενος συμφωνίας. ἐπειδὴ δὲ καὶ τῆς θείας τοῦ παναγίου βαπτίσματος ἀπήλαυσε δωρεᾶς, καὶ τὴν ἀρχιερατικὴν ἐδέξατο χάριν, τοῦτον ὁ πάντα ἄριστος βασιλεὺς προσενηνοχέναι λέγεται τῷ σωτῆρι καὶ δεσπότῃ τὸν ὕμνον· καὶ γὰρ τοῖς γεγενημένοις παρῆν. χάρις σοι δέσποτα παντοκράτορ καὶ σῶτερ ἡμέτερε, ὅτι τῷδε τῷ ἀνδρὶ ἐγὼ μὲν ἐνεχείρησα σώματα, σὺ δὲ ψυχάς. καὶ τὰς ἐμὰς ψήφους δικαίας ἀπέφηνας. ἐπειδὴ δὲ ὀλίγων διελθουσῶν ἡμερῶν, ὁ θεῖος ἀμβρόσιος σὺν παρρησίᾳ

Cap. VII.

De Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi ordinatione.

CUM hæc Imperator dixiſſet, rogare cœpit ſynodus, ut ipſemet Epiſcopum eligeret, utpote prudentia ſi- B mul ac pietate excellens. At ille, majus eſt, inquit, viribus meis iſtud negotium. Vos vero qui Divina gratia repleti eſtis, & qui divinum illud numen hauſiſtis, meliùs electuri eſtis. Egreſſi igitur ex palatio Epiſcopi, inter ſe deliberarunt. Cives autem illius urbis tumultuabantur, dum alii hunc, alii illum ordinari contenderent. Nam qui Auxentii morbo contacti fuerant, communionis ſuæ homines eligebant. Contra vero pars ſanior, Antiſtitem qui eandem cum ipſis doctrinam fide te- C neret, habere cupiebat. Hac ſeditione cognita, Ambroſius cui provinciæ illius adminiſtratio commiſſa erat, veritus ne quid gravius tentaretur, ad Eccleſiam perrexit. Tum illi à contentione ceſſantes, omnes unà voce clamare cœperunt, Ambroſium ſibi paſtorem conſtitui poſcentes, qui nondum Baptiſmi ſacramenta ſuſceperat. Quod cùm Imperator didiciſſet, eum continuo & baptizari & ordinari præcepit. Norat quippe mentem quidem illius quovis perpendiculo rectiorem eſſe: ſententias vero qualibet norma exactiores. Quin etiam ſuffragium illud pla- D ne Divinum eſſe cenſebat, conjecturam capiens ex conſenſu contrariæ factionis. Cùm igitur ille & ſacroſancti lavacri Divinum donum, & Pontificalem gratiam percepiſſet, Domino ac Servatori noſtro hujusmodi laudes ceciniſſe dicitur præſtantiſſimꝰ Imperator: geſtis enim omnibꝰ intererat. Gratias tibi ago Deus omnipotens & Servator noſter, quod huic viro, cui ego corpora commiſeram, tu animas regendas commiſeris, & electionem meam juſtam fuiſſe declaràris. Paucis poſt diebus elapſis, cùm D. Ambroſius multa cum libertate

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN